

ropalicus (rhopalius) versus

SERV. GL IV 467. 15 sqq. (= p. 51. 4sqq. Elice) de ropalico. ropalicus versus est, cum verba, prout secuntur, per syllabas crescunt, ut est hoc:

rem tibi confeci, doctissime, dulcisonoram.

SACERD. GL VI 505. 15 huius metri, id est heroici, virtutes sunt tres ... 27 sqq. si fuerit rhopalius versus, qui a monosyllabo verbo incipiens gradatim crescit et ῥόπαλον, id est Herculis clavam, imitatur ab angusto et tenui in latitudinem desinens, ut: (Hom. *Il.* III 182)

ὦ μάκαρ Ἀτρείδη μοιρηγενὲς ὀλβιόδαιμον.

latinum non repperi, sed potui illum Vergilii versum verba commutans sine sensus laesione formare: (Verg. *Aen.* I 72)

quarum quae forma pulcherrima Deiopea,

ut sit sic:

quae quarum facie pulcherrima Deiopea.

[V.V.]